

## Die Traditionen des Hochstifts Freising (Ed. Bitterauf), Nr. 38

Regnante in perpetuo domino nostro Jesu Christo anno XXIII. inlustrissimi Tassilonis duci regni ego Peigiri nomine in loco quae dicitur Holzhusir ad ecclesiam beati archangeli Mihaelis rem tradedi filiis meis praesentibus atque per consensum fratrum meorum, ut cum domibus curtibus mancipiis colonibus territorio cum pratis atque pascuis Quam ad Tradidi namque tam pro me et germano praedicto quam pro genitore ipso vocabulo ut germanus atque genetrice et filiis in possessionem perpetuam, ut in quantitate pio apud domino veniam mereamur accipere, ut si quis contra haec donationis cartulam vel traditionem venire temptaverit, iram sibi vindicet altithroni dei et in offensionem sanctorum incedat et cum beatam et intemeratam virginem Mariam atque archangelum Michahelem communicet causam et iudice terreno culpabilis existat, donatio autem nihilominus firma permaneat; ipse vero pro meis delictis deo reddat rationem. Actum in villa Holzhusir per Inprimis Eodunc testis. Deinde Oatlant. Postea Oadalhart in conspectu cuncto clero. Testes Lantfrid. Testis Turo. Testis Sauulo. Rekinperht presbiter. Immo. Herirat. Arn. Rekinolt. Rihperht et Actum in loco praenotato sub tempore superius iam inserto. Ego